UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 57. Natio Germana, & Imperator Cardinalibus cedunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66272

Visual Library

Sæcul. XV. A. C. 1417. fenſiſſimum habuit, Archiepiſcopatum Rigenſem, quamprimum Papa electus eſſet, ſtipulati ſunt, hinc nec iſte ultra eis reſtitit.

§. LVII.

Natio Germana, & Imperator Cardinalibus cedunt.

Vander Hardt to. 4. p. 1427.

Devictis hiſce Præſulibus, ceteri quoque ex Natione Germana ceſſerunt, & Imperator ab omnibus ſe derelictum comperiens, ipſus denique in electionem Papæ conſenſit, hac tamen lege, ut Pontifex immediate poſt electionem, imo etiam ante coronationem ſuam reformationis aggrederetur negotium, idque juncto Synodi conſilio perficeret, nec Conſtantia diſcederet, donec totum opus abſolutum eſſet, prout Cardinales Archiepiſcopo Rigenſi, & Curienſi Epiſcopo promiſiſſent. Hac tandem via compoſita eſt hæc diuturna adeo & vix non diſſolutionem Synodi ſpectans diſſenſio. Die vigeſima tertia Septembris nominati ſunt duo Cardinales, quinque Epiſcopi, unus Abbas, & alius Auditor Rotæ, qui jurgia inter Legatos Caſtellæ, Arragoniæ & Luſitaniæ circa præſidendi jus exorta terminarent: aſt horum deciſionem ignoramus.

§. LVIII.